

**www.e-rara.ch**

**Relations de Charles VII et de Louis XI, rois de France, avec les cantons suisses 1444-1461.1461-1483**

**Mandrot, Bernard de**

**Zurich, 1881**

**ETH-Bibliothek Zürich**

Shelf Mark: Rar 42643

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-100976>

Appendice.

---

**www.e-rara.ch**

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

---

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelnformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

fut de deviner le parti qu'il pourrait tirer de la bravoure et des aptitudes militaires d'un peuple qui sur les champs de bataille au moins mérita bien cette épithète d'invincible dont son allié de France se plaisait souvent à le décorer.

## APPENDICE.

### I.

Origin. aux Archives de la famille de Watteville à Berne.

Sculteto et Consilio secreto ville Bernensis.

Illustrissimi Domini ac amici precarissimi, hodie 14<sup>th</sup> mensis Julii huc applicuit nuncius certus, quem ad dominaciones vestras mittimus, asserens Imperatorem treugam cum duce Burgundie fecisse; reversusque est ad Coloniam Imperator, nos omnino derelinquens. Per nonnullos etiam secum existentes cerciores facti sumus, quod si armigeri nostri secum fuissent, nunquam rediissent.

Illustrissimi Domini ac amici precarissimi, jam pridem triginta annis transactis, nobis in comitatu Ferreti et ad servitium Imperatori faciendum existentibus (1444), Imperator blandis suis sermonibus nos molliens, viros magnos suos nuncios apud Basiliam transmisit, ut domini confederacionis fedus secum inirent eique ad perdicionem nostram nostrarumque gencium se jungerent, et nisi Deus, sciens hominum corda, advertisset, dolo suo nos nostrosque interemisset. Sed domini ambasciatores ligarum tunc in Basilia existentes fraudemque suam intelligentes et tamquam viri clarissimi omnem viam iniquam odio habentes, ac nos plangentes in tali ac execrabili fraude cecidissee, eum penitus spreverunt fraudemque suam omnino abhorruerunt et nobiscum pacem huc usque duraturam inierunt, quam Deus conservet!

Illustrissimi Domini ac amici precarissimi, dolenter hec vestris dominationibus referimus, sed nichil vobis occultum ex parte nostra pro posse dimitemus, dominaciones vestras advisando quod usque in extremum diem, si Deus nos substinuerit et beata Maria in quam confidimus, pro deffensione regni amicorumque nostrorum pugnabimus, nichil obmittendo de hiis in quibus tenemur, semper de omnibus dominaciones vestras advisabimus cercioresque Deo curante faciemus. Si dux iste Burgundie venerit Lothoringiam vel in Campaniam, que sunt partes prope fines vestros, rogamus ut cum vestro exercitu nobis sitis in auxilium, et personaliter et cum nostrâ armatâ vobiscum aderimus.

Anglici adhuc non apparuerunt; quidam tamen referunt regem eorum debere descendere. Quidnam horum verum est adhuc certi non sumus.

Hec autem scribere nolumus generali consilio vestro, quod nescimus si ex aliquo esset Imperator de hiis advisatus caperetque super hoc occasionem nos deseruisse, quam sibi dare nolumus. Sumus etiam advisati quod per suos nuncios faciet divulgari treugam neque pacem cum duce Burgundie contraxisse, sed nihilominus omnem suum exercitum dimittet abire, asserens suos eum reliquisse; verum, teste evangelio, non verbis sed operibus credere oportet, et specialiter talibus et consimilia agentibus. Connestabularius noster [S<sup>r</sup> Pol] semper stat in prodicionibus suis, et credimus eum nil aliud expectare nisi ducis Burgundie adventum, ut sibi villam nostram Sancti Quintini infideliter tradat. Altissimus vos conservet. Scriptum in loco de Gaillarboys prope Rothomagum die 17<sup>mo</sup> mensis Julii (1475).

(S.) Loys.

## II.

Arch. Bern. Latein. Missivenb. A 408 s.

Die letst Instruction.

In Regem instructio parte dominorum Bernensium Reverendo patri domino preposito Lucernensi et Heinricho Spietzer armorum hostiario sub universali et particulari nomine credita.

In primis habebitis Regie Majestati dominos Bernenses quam humilime commendatos efficere.

Deinde, exhibitis litteris credentialibus, quod paucos ante dies comes Rotundimontis, a duce ipso Burgundie in patriam suam Waudi veniens, e vestigio Alamanos omnes capi omniaque humana conmercia interdici, ar-

matos dominorum Bernensium trucidari, in carceres proici, aliasque deformitates fieri procuraverit, pretendens illico adiutorio Basthardi Burgundie, principis Orbe, aliorumque castra dominorum Bernensium intercipere terramque suam dampnis afficere. Illud specialius declarabit.

Item quod domini Bernenses eas ob res multum fuerint perplexi, ponderata veteri patrie Waudi ipsorumque benevolentia et vicinitate, etiam singularissimo affectu erga comitem Rotundimontis cujus patriam fidelissime ab omni invasione, quanquam idem cum duce Burgundie cum multis aliis nobilibus esset, defensarunt. Non poterant tamen juri naturali non inniti ut vim vi repellerent; quin ymo eas patrias intrarunt et ipsas ditioni sue et aliorum suorum colligatorum ex toto subjecerunt.

Item quod nichilominus inclitam Sabaudie domum ceterosque huic rei non coherentes nullatenus leserint, quanquam multis dampnis incomodisque transitu Lombardorum et aliis mediis fuerint pessundati.

Item quod domini Bernenses per tubicenam Burgundie etc. ducis literis manu notariorum subsignatis in urbemque Bernensem, in qua oratores dominorum Magne Lige Superioris Alamanie confluxerant, destinatis, certiorati sint treugas inter Regem et ducem Burgundie novennio firmatas, videruntque specificationem colligatorum ambarum partium, ex qua sentiunt ducem Austrie ceterosque principes et communitates nove lige, qui tamen Regi ipsi multum alligantur, presertim Austrie dux, nulla in parte comprehensos. Qua ex re ipsi multa tristitia afficiuntur, nec possunt treugis ipsis fidem qualemcumque accomodare, primum quia Rex ipse dominis Bernensibus nichil penitus insinuavit, item quia guerre versus Lothoringie ducem continuo usitantur, postremo quia Rex semper et semper per litteras suas obtulerit se nichil conclusurum dominis Bernensibus non avisatis. Quare et ipsi petunt puram super hiis informationem, maxime ponderato quod domini Bernenses Regem ipsum hiis in rebus summe pensarint et ejus occasione has inimicitias prehenderint, nec umquam voluerint cum Burgundie duce qualitercumque etiam pacisci tametsi id sepius quesitum temptatumque fuerit. Sed percepta hujus rei specificatione pensabunt ipsi cum ceteris quid eam in partem factu dignum sit.

Item dicetis lucidissime quod domini de liga incontentissimi sint de predictis, ne solutionis decem mille francorum quos ante anni spatium se habendos credebant; qua ex re orant domini Bernenses quod hujusmodi summa e vestigio absque dilatione solvatur, nam alias multe incomoditates orirentur que gravitates parerent et ingratitude comprobare viderentur.

Pariformiter restant et alie solutiones, ut scitis, ubi summopere laborabitis ipsarum solutio ut nascatur; quod si secus fieret posset ex hoc error proficisci qui aliis in rebus majoris ponderis impedimenta non mediocria accomodare posset, quod dominis Bernensibus molestissimum foret nec tamen sua interesset istud relevare.

In hiis agite augendo vel minuendo ut libet et res expostulat, ita ut singula mox expediantur. — Datum sub sigillo Urbis Bernensis xvi<sup>o</sup> Novembris Lxxv<sup>o</sup>.

Executa coram Sculteto von Scharnachtal, von Wahren Secklmeister und Tchallm (?) in pretorio, post prandium veneris vigilia Martini Lxxv<sup>o</sup>. (10. Nov. 1475).

### III.

Staatsarch. Luzern, Missiven von Königen von Frankreich I b. Orig. pap.

Illustrissimi domini amique nostri precarissimi ac Dei gracia invictissimi, quemadmodum vestris nuper dominacionibus scripsimus, ea que inter vos et oratores nostros novissime agitata extiterunt nobis admodum grata fuere. Qua de causa insequentis pacta et promissa vobiscum per eosdem oratores, peccunias armigerorum vestrorum ad nos destinendorum stipendiis istuc e vestigio transmictere curavimus. Quos cum ad nos pervenerint optime tractare statuimus. Ceterum intelleximus nonnullos se oratores consanguineos nostre de Burgundia asserentes apud vos extitisse, qui, quam plurima, ut consueverunt, minus vera verba seminasse non erubuerunt, et inter cetera quod in bello nuper acto inter vos et defunctum Burgundie ducem partes ejusdem ducis contra dominaciones vestras tenebamus eique secreto impendebamus favores, quod nihil minus verum dici poterat. Nam, ut dominaciones vestre satis superque intelligere potuerunt, omnes semper favores quos adversus eum licite impendere potuimus, exhibere totis viribus curavimus. Et ut cumulacius oratores ipsi Burgundie minus vera dixerint, non veriti sunt apud vos asserere nos nullum jus in comitatu Burgundie habere, quanquam litteris appanagii facti per clare memorie Regem Johannem, predecessorem nostrum, duci Philippo ejus quarto filio liquido constet eundem Regem predicto filio ducatum et comitatum Burgundie in apanagium transtulisse; qui tunc ducatus et comitatus de proprio corone Francie patrimonio atque domanio erant. Super quibus et aliis que dicti Burgundi dicere vellent nostri apud vos oratores sufficienter respondere possunt veritatemque liquido ostendere. Quanquam dominaciones vestras tantâ esse constanciâ predictas cognoscimus quod hujusce nec aliis sinistris relacionibus, cum aperte sciant quibus hactenus verbis idem Burgundi uti consueverunt, nullam penitus fidem adhibebunt. Et dum predictus Burgundie comitatus in nostris manibus pacifice reductus fuerit, quod brevi futurum speramus, dominaciones vestre in nos meliorem

vicinum et amicum quam in filio Imperatoris aut alium quemcumque principem habebunt. Quoniam nonmodo predictis ducatu et comitatu Burgundie verumetiam regno nostro vos, ut veri integerrimique amici nostri et in quibus semper plus quam antea umquam amoris et fiducie habemus, uti comode poterunt, in iis potissimum rebus quas pro vestrarum dominacionum incremento opportuna fore noverimus. In quibus semper consilium, opem, auxilium atque favorem impendere pro viribus enitemur. — Insuper scivimus Imperatorem vos ut ei auxilium contra nos essetis instanter requisivisse, qui omnibus modis erga ducem et domum Austrie quo lige et federaciones inter vos et dictam domum dissolverentur procuravit. Sed nullatenus vos ad ipsius Imperatoris nec alterius ejuspiam principis requestam seu suggestionem in prejudicium lige inter nos et vos inite et perpetuo observande quitquam nullo umquam tempore mollituros dubitamus, quam inviolabiliter observaturam a dominacionibus vestris ut idemtidem nostra ex parte procul dubio absolvetur, confidimus. Quas quidem dominaciones vestras Altissimus semper incolumes protegere dignetur. — Scriptum apud Nostram Dominam de Lyesse, die xvi<sup>ta</sup> mensis Junii (1447).

(S) Loys

(et plus bas) Petit.

(Au dos) Illustrissimis dominis amicisque nostris precarissimis ac Dei gracia invictissimis dominis burgomagistris scultetis et consulibus civitatum et comunitatum magne lige superioris Alamanie.

## IV.

Staatsarch. Luzern, Formular M 118, f° 89.

Ludovicus Dei gracia Francorum Rex, illustrissimis et invictissimis dominis et confederatis nostris Sculteto et communitati Lucernensi de liga confederatorum Alamanie superioris.

Illustrissimi et invictissimi domini, vestre excelse communitatis litteras cum omni favore recepimus. Ex quibus cognovimus illam ingentem atque inveteratam in nobis et negociis nostris jamdiu vestram habitam amicitiam, quod gratissimum nobis fuit, cum nos omni eciam affectu mutuoque amoris desiderio felices eventus vestros salva cum devocione desideramus. Insuper sinistris relatibus vobis delatam fuisse didicimus nos, cum felicem suscepimus in Burgundie partibus victorie exitum, in Basileam et Alamanorum partes adjacentes cum nostro inexpugnabili exercitu ad debellandas gentes illas sine mora velle transferre, quod nunquam nostre intentionis fuit; neque enim grande aliquid aut parvum fecimus aut facere intendimus sine

scientia tante magnificentie lige. Hinc est quod nos dilectum nostrum consiliarium magistrum Bertrandum de Brossa hac de re aliàs destinavimus et de presenti pro hujusmodi informatione et pace inter vos et ducissas Mediolani pacificanda et pertractanda mandavimus, cui nobis ex parte fidem adhibere hortamur, offerentes nos in omnibus illi precelse lige et carissime communitati vestre. etc.

S. L. n. D. (1479)

## V.

Bibl. Nat<sup>e</sup> Ms. Fr. 2896 f<sup>o</sup> 94.

Mon cousin, mon ami, Vous savez l'apointement et traictié qui fut conclud, passé et accordé entre ma seur madame de Milan et Messieurs des ligues; et que, depuis lesdits traictiez faiz, vous faictes aucunes difficultez en aucuns pions, ou il me semble que ne vous devez arrester; car c'est peu de chose, veu le dangier de son estat en quoy elle se porroit mettre. Vous savez que se sont gens qui veulent que on leur tiengne ce que on leur a une fois promis. Ils sont puissans, et pourroient beaucoup nuyre et faire de grans dommaiges à ma dite seur et à mon neveu, dont bien me desplairoit.

Et pour ce, mon cousin, mon ami, je vous prie, sur tout le plaisir que jamais me désirez faire, que vous vueillez tant faire que ceste matière s'apointe, et le plus brief que vous pourrez; car ilz sont mes aliéz, et la chose que plus au monde me desplairoit, si est de les veoir en guerre ensemble, pour l'amour que j'ay à ma dite seur et à mon neveu, et à l'entretènement de l'estat de Milan, comme plus au long naguères vous ay escript par maistre Jehan Charpentier mon secrétaire.

(S. L. n. D. fin 1479 ou 1480)

## VI.

Bibl. Nat<sup>e</sup> Ms. Fr. 15540 f<sup>o</sup> 3. — Original pap.

Sire, avant hier arriva l'homme de Monseigneur le Chan(tre) de Poitiers, (Bertrand de Brosse) lequel ap(porta) lettres de la paix de Milan avec toutes les autrez servans à la conclusion d'icelle, ainssy que Mess<sup>rs</sup> des ligues le désiroient. —

Mondit s<sup>r</sup> le Chan(tre) est demouré à Milan, attendant les lettres de mesdits<sup>ra</sup>, lesquelz ont assigné jouer de eulx trouver à Lucerne Dimence prochain pour les dites lettres; auquel lieu je me trouveray.

Sire, il ne tient qu'à l'argent pour souldoyer ces gens cy pour ung moys, que vou(s) en serés servy comme le desirés. Je vous supplie que vous plaise en faire l'expédition (le) plus tost qu'estre porra avec deux mille livres qui ont esté promises à pluseurs qui bien vous ont servy, et meismes d'aulcuns qui tousjours ont (esté) contre vous que Charpentier a veu qui maintenant sont vos bons serviteurs.

Hier proposa l'évesque de Metz, et comme nous ont dit aulcuns de vos bons amis, (il n'a) parlé que de paix, et que mesdits s<sup>rs</sup> des ligues fussent médiateurs d'entre vous et le duc Maximilien. Bien cuidoit que se meslassent de la paix et non (de) la guerre, en leur remonstrant beaucoup de chozes pour empescher que ne fuss(iez) servy de ces gens-cy. Mais il a congnu que ne sont point delibérés d'(aler) à l'encontre de la responce qu'ilz m'ont faicte, et qu'ilz vous serviront.

Le duc Sigemond, le duc de Lorraine, le comte de Westenbert, les villes de Balle, Strasbourg et pluseurs aultrez ville de ce quartier de Ferrette ont cy leur embass(adeur) et aujourd'huy ont proposé devant les ligues, et dit pluseurs tors et griefs que vos gens ont fait et font de jour en jour, et especial le duc de Lorraine a f(ait) plainte plus grievve. Et de tout m'ont averty les ligues. A quoy j'ay resp(ondu), tellement qu'ilz sont joyeux et content que ces chozes ainsy dictiez par eulx se trouveront point véritables, comme plus au long sarés par le dit Charpentier. Il a esté présent à tout. Lequel j'ay retenu jusques à maintenant, affin que s(oyez) par ly averty bien amplement.

— A ceste heure que le dit Charpentier montoit à cheval, les ligues tous ensambles ly (ont) dit qu'il vous asseurat qu'ilz vous serviront et que sy l'argent estoit venu in(continent) partiroient. Partant, Sire, vous y donnerés la provision dilligamment, et aussy envoyés homme pour les recevoir et mener le chemin que vous plera qu'ilz tie(nnent).

Vos bons serviteurs conseillent que devés escrire aux ligues en général et particulier, en (re)merciant du bon vouloir qu'ilz ont à vous, et aussy à dix ou XII. sans y mettre (les) noms, pour les employer là où il sera besoing.

De mon povre cas vous plaise avoir souvenance, je vous en supplie, priant (Dieu), Sire, que vous doint bonne vie et longue.

Escript à Surich le XVII<sup>e</sup> jour de Mars (1480) Vendredi Matin.

Votre très humble et très obéissant (sujet)  
et serviteur. Anth. de La(met).

Au dos: Au Roy, mon souverain Seigneur.

## VII.

Staatsarch. Luzern Missiven v. Königen v. Frankreich III<sup>e</sup> Cop. du temps, pap.

Illustrissimi domini precarissimi ac Dei gracia invictissimi, intelleximus Hanse Waldeman, militem ville vestre de Zurich, postquam a nobis ad vestras reversus est amicitias, eisdem de nobis plura retulisse ignominiosa, asserens potissime quod villam et loca dominacionum vestrarum nulla prosequeremur amicitia nec quitquam illi concesseramus. Verum magno cupiemus desiderio hujusmodi de veritate vestras amicitias effici cerciores. Dum ad nos pervenit eundem citra applicuisse, illum illico, quanquam febri pateretur, ad nos venire jussimus litterasque amiciarum vestrarum ejus accepimus manibus et satis ample fuimus allocuti, ac per magistrum Cunradum, interpretem suum, quitquam voluit nobis exponi fecit. Et rursus infra biduum eundem nostra in propria camera audivimus et secum pro expeditione sua plene communicavimus; et nisi singulari amore et maximo fuisset moti affectu ad prudentiis vestris complacendum, nunquam hominem febribus aggravatum alloqui voluissemus persone nostre, obstantibus periculis. Quineciam satis notum est eundem partem fovere Adriani de Bubenbergh, qui, prout non ignorant amicitie vestre, nos nulla umquam prosecutus est amicitia et cum eodem partem tenuit nobis contrariam. Et ut prudentie vestre magis percipiant illum nullam de nobis conquerendi habere causam, eidem in promptu tradi et delivari fecimus III<sup>e</sup> libras pro complemento pensionis sue VI<sup>e</sup> librarum, de qua dilectus et fidelis consiliarus et cambellanus noster Anthonius de Lamet ultra existens ipsi ducentum libras concesserat. Nec eidem, si quid a nobis petisset aut requiri fecisset, voluissemus denegare. Quitquam autem dixerit adversum nos vel fecerit non relinquemus amiciarum vestrarum in favorem suam ipsi continuare pensionem. Actamen quoniam preter veritatem non veretur de nobis in sinistris perseverare relatibus sua in deteriori voluntate effectu persistendo, et quod servicium nullum corde bono inpendere posset, vestras quo majori possumus affectu rogamus amicitias et sub hiis in quibus nobis maxime optant complacere, quatinus illi nullum prebeant onus bellatorum et guerre gencium ville et dominacionum vestrarum quo ad nobis obsequendum venire debent. Illustrissimi domini et amici nostri precarissimi Altissimus vos conservet. — Datum apud Plessiacum de parco, die prima mensis Aprilis.

S. Loys & plus bas Parent.

Illustrissimis dominis et amicis nostris precarissimis et Dei gracia invictissimis scultetis et consulibus superioris magne lige Alamanie.







